



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Viridarivm Sanctorvm**

Ex Menæis Græcorum lectum, translatu[m] et Annotationib. similibusq[ue]  
passim, historijs Latinis, Græcis; editis, ineditis illustratum

**Rader, Matthäus**

**Avgvstae Vindelicorvm, 1607**

S. Moses Aethiops.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43013**

pandisset, Christi effigiem ad amussim expressam, & figuram figuræ exactissimè respondentem vidit: quod tamen aliorum oculos idem inspectantes fugit. Consule Baronium Annali x. anno 944.

Qui plura de Christi sudario, multiplicijs sindone Dei nutu formâ Christi corporis signatâ desiderat, inspiciat stigmata Christi apud Alphonsum Palæotum Archiepis. Bononiensem Danielis Mallonij commentarijs illustrata c. l. 2. 3. & passim alijs.

28. Augu. S. MOSES AETHIOPS.

**B**eatus hic Moses natione Aethiops toto corpore probè ater, cuius seruitutem seruiebat, quem herus propter improbitatem & latrocinia domo eiecit. Hic pastori cuiusdam, à quo in re quapiam impeditus fuerat, ob facti memoriam infestus erat, consiliumque eius occidendi cœperat. quem cum trans Nilum esse explorasset, quamuis inundante Nilo, gladio tamen dentibus mordicus prenso, vestibusque capiti impositis, tranauit. quod ubi opilio sensit, illico profugit. Moses arietes quatuor præstantes mactauit, catenaque nexos secum remulco per Nilum remeando traxit, carnesque absumsitus, & vellera cū vino permutauit, atque ad collegas suos est reuersus. Quæ eo fine recensui, ut ostenderem

rem spem salutis nulli pœnitenti esse præclusam. Hic sero tandem, casu quodam, in quem inciderat, impulsus dolore scelerum tactus cœnobium petiit. sociosque latrociniorum secum ad idem vitę institutū pertraxit.

Hunc sessitantem quondam in cellula sua, latrunculi, qui eum Mosem ignorabāt, inuaserunt quos ille B. funibus reuinctos, veluti palearum saccum, humeris impositos in templum ad conuentum attulit patrum, &, quoniam, inquit, mihi fas non est quemquam iniuriā lādere, quid de his decernitis, qui me oppressum venerunt? Hic cum latrones eum Mosem famigeratum & indomitum illum principem latrocinantium intellexissent, & ipsi sua scelera per exomologesin detestati, relicti huminis rebus laudatissimi cœnobitæ sunt facti. Moses ergo vita ad Dei nutum instituta, dēmoneq; intemperantiae deuicto, cum annum ageret quintum & septuagesimum, sacris quoq; sacerdotij mysterijs initiatus, septuaginta relicti discipulis decessit.

## ANNOTATI O N E S.

**H**Vius aëta Sozomenus narrat lib. 6. c. 29. Alterius postea Moysis idem Sozomenus lib. 6. c.

§

38. me-

38. meminit, quem Saracenorum ait factum Epi-  
scopum, qui multos ad Christum à Saracenis tra-  
duxit. Sed hic non ad hunc locum. Alter ille pri-  
or Aethiops hic laudatur, quem Nicephorus lib.  
II. c. 36. & auctor in Vitis Patrum celebrant. Me-  
nologium eodem die cum Fastis Romanis hunc  
coli in Christiano orbe docet. Palladius geminos  
quoque prædicat Moyses, Libycum alterum, c. 88.  
& hunc olim latrocinia exercentem c. 22. qui &  
Abbas & presbyter fuit. Latrones porro præter  
illum qui Christo ad dextram pependit non pau-  
cos venisse ad summam vitæ sanctimoniam acta  
patrum in Mutio & Pafnutio, Dauide latronum  
principe & Cyriaco ostendunt. In Actis S. Ioan-  
nis Euangelistæ leges iuuenem Episcopo commis-  
sum in latronem euasisse, & à S. Ioanne reuocatu:  
Apud Clymacum gradu 4. pœnitens latro miris  
modis commendatur. Lege & Io. Moschum c. 14;  
165. 166 Menæa celebrant septem latrones Mar-  
tyres 29. Aprilis: Et Cæsarius lib. 7. c. 59. alium  
S. Franciscus tres ad pœnitentiam adduxit. Mitto  
qui in speculo exempl. dist. 7. c. 23. narrantur.

## DE ZONA SANCTIS- SIMÆ DEI MATRIS.

**A**rcadius Theodosij Magni filius vene-  
randam sanctissimæ Dei matris Zonā  
Hierosolymis, quæ ad eum usque diem ibi  
cum preciosa ueste à fœmina quadam vic-  
gine seruata erat, Constantinopolim dela-  
tam in splendido scrinio, quod sanctam ap-  
pella.